



Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Co[m]municatio priuilegioru[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

64 COMMUNICATIO

iure excommunicati excommunicatione Papæ reseruata , ex Decreto Greg. XIII. iuridico , ipsòque facto priuantur omnibus officiis habitis & habendis art. 4.

COMMUNICATIO
PRIVILEGIORVM.

Vide Confratris.

Priuilegium concedens communicationem priuilegiorum alterius Ordinis , intelligitur de concessis , non concedendis ; nisi expressè dicatur ; & de actu valentibus tantùm , tamque de concessis Papa , quām de acquisitis consuetudine præscripta , licet illa Religio eis non vratatur , sed tamen uti possit , tom. 3. quest. 51. art. 1. 2. 3. 4.

Ordines Mendicantes sunt hodie iure communi , & diplomate Apostolico , octo ; videlicet , Minoritæ , Prædicatores , Carmelitæ , Augustinienses , Iesuitæ , Minimi , Servi Beatæ Mariæ , & Iesuati Sancti Hieronymi , tom. 3. q. 49. art. 1. & quest. 52. art. 15.

Qui omnes , per multa singulis in speciali , & generali concessa priuilegia ,

O
nuni-
Decreto
facto
abitis

I O

mmu-
alte-
con-
si ex-
alent-
ccellis
onsue-
elgio
possit,

nt ho-
omate
Mino-
æ, Au-
, Serui
ti Hie-
• quæst.

ingulis
ffra pri-
uilegia,

PRIVILEGIORVM. 65
uilegia , sibi inuicem in omnibus
prorsus indultis & gratiis tam Or-
dini quām suis Ecclesiis & locis
concessis , ac concedendis commu-
nicant ad instar , gaudēntque insu-
per omnibus priuilegiis non Men-
dicantium , quatenus eorum pro-
fessioni congruit, non aliter , *tom. I.*
q. 55. art. I. 2. 3. 4. & 5.

Ex concessione Sixti V. & Iulij
II. Ordo Sancti Benedicti gaudet
omnibus priuilegiis & gratiis om-
nium congregationum eiusdem Or-
dinis , ut Cassinensis , Cistertiensis ,
art. 6.

Cistertienses per amplissimum in-
dultum *Greg. X I V. anno Dom. 1591.*
fruūtur omnibus priuilegiis & gra-
tiis omnium prorsus Religionum ,
tam Mendicatium quām non Men-
dicantium; & per consequens etiam
Benedictini. *art. 7.*

Singulæ domus Carthusianæ Ca-
nonicæ erectæ & erigendæ , com-
municant omnibus concessionibus ,
indulgentiis , &c. cum domo Car-
thusiæ Gratianopolitanæ , & omniū
aliarum eiusdem Ordinis speciali
motu , & ratione indultis , per

E *Greg.*

66 COMMUNICATIO

Greg. XI. & Pium I I. & art. 8.

Per Bullam Sixti V. anno 1589.
Ordo Sancti Hieronimi gaudet omnibus immunitatibus, prærogatiis
aliisque fauoribus omnium Religio-
num. art. 9.

Ordo. SS. Trinitatis Provinciæ
Castellæ, Legionis, & Granatæ re-
gnorum per Leon X. & Adriani VI
communicat in omnibus concessio-
nibus & indultis, quibus fruuntur
Fratres Mendicantes. art. 10.

Idem etiam concessit Ordini
Crucigerorum Greg. XI. ann. 1591.
art. 11.

Et Leo X. Ordini Sanctæ Mariæ
Mercede, art. 12.

Omnes Moniales subditæ gu-
bernationi Mendicantium, etiam
Tertiariæ, siue viuant in communi-
siue in particulari voto continentia
emisso, gaudent omnibus gratiis,
quibus Fratres, in quantum capacitas
earum permittit per multa pri-
uilegia singulis concessa. art. 13. 14
& 15.

Sæculares Cöfratres Chordæ, Cor-
rigiæ, Scapularij, &c. idem habent
priuilegium quoad indulgentias &
remis

I O
8.
1589.
et om-
gatiis
elgio-
uincia
atæ re-
ni VI
cessio-
uunt
o.
Ordin
1591
Maria
z g^u
etiam
nmuni
nentia
gratiis,
pacitas
priui
13. 14
e, Cor-
habent
tias &
remis

PRIVILEGIORVM 67
remissiones peccatorum tantum, nō
in his quæ possent perturbare iuris-
dictionem Episcoporum conformi-
ter Decreto Concil. Trident. sess. 24. de
Reformatione, capite. II. art. 16. Vi-
de Confraria.

Aduertendum tamen, solum fieri
Religiosis communicationem eo-
rum quæ sunt ipsis fauorabilia (etsi
sæcularibus ex altera parte onerosa)
non autem eorum quæ sunt illis
odiosa: vnde non fit communica-
rio censurarum, inhibitionum, &c.
art. 17

Etiam priuilegia Iesuitarum om-
nibus rite perpensis, extenduntur ad
alios Religiosos, quamvis Bulla ex-
pressè aliquando habeat: Quod
hæc gratia aliis non communicetur
prout colligitur ex indultis Greg.
XIV, factis Cistertiensibus, & Cru-
cigeris. Neque ad hoc requiritur ut
à suis Prælatis eis communicentur.
art. 17.

Priuilegia & gratiæ concessæ ali-
quibus domibus singularibus ob
causam particularem in Ordine Sä-
cti Hieronimi, extenduntur per
Pium IV. ad omnes domos illius

E 2 Or

68 COMMUNICATIO.

Ordinis tantum etiamsi ; in iis ex-
dem causæ concessionis , & dicto-
rum indultorum non subsint , sed
aliæ. Et hoc idem priuilegium com-
municatur omnibus Ordinibus Mé-
dicantibus ; vnde & indulgentiz
Portiunculæ extenduntur ad omnes
Ecclesiæ nostri Ordinis utriusque
sexus tantum. Secus est de priuile-
gio personali particulari , quo iux-
ta declarationem Leonis X. nequæ
aliis communicari. art. 18.

Sicut illa Religio , cui primò fa-
cta est gratia , per præscriptionem
non usus eam amittens , non prædi-
cat aliis Religionibus ea utenti-
bus ; sic è contrario , illa , quæ pri-
uilegium per non usum amisit , non
potest iuuari ad gaudendum eodem
ex usu alterius Religionis , quia
solum ius communicatur , non au-
rem usus , & non usus , qui non in
jure , sed in facto consistit , articulo
19.

Sed notandum , oportere haberi
Scientiam priuilegorum , & volun-
tatem non utendi illis , ab his , con-
tra quos talis præscriptio allegatur
ibidem.

Hanc

PRIVILEGIORVM. 69

Hanc priuilegiorum communicationem *Iul. I. L.* declarauit sic esse intelligendum, ut concessa Ministro generali vnius Religionis: siue concessa omnibus Generalibus aliarum Provinciali, Provincialibus, simili ci Fratri, omnibus Fratribus; & quod festiuitatibus vnius Ordinis, etiam festiuitatibus alterius; & haec tam de concessis, quam concedendis. *art. 20.*

Religio communicans potest ut priuilegio, in quo participat, etiam contra illam cui primò datum est, quia per gratiam communicationis ita fit ei proprium, ut nullo modo censenda sit habere dependenter ab alia: secus est de familiaribus donatis, &c. qui vtuntur gratiis tantum dependenter à Religiosis. *art. 21.*

Communicatio priuilegiorū semper censetur valida, nisi contraueniat professioni, & obseruantia Religionis; alias minimè: multa enim concessa laxioribus, nullo modo communicantur strictioribus, quia ad ædificationem, non ad destructionem dantur. *art. 22.*

E 3 COM

Hanc